

ještě nikoliv úplně známých složek pracovalo na právním vývoji, v němž se pak nadále, často dosud nevysvětlitelně, odrážely jejich stopy.

Není tedy divu, že i římské právo, zvláště když říše byla rozšířena daleko do Orientu, jednak zde vůbec nedovedlo zatlačit hluboko vžitě normy práva národního, jednak samo v leckterých situacích mu podléhalo. Než i tak postavení římského práva a římských juristů je jedinečné. Jejich tvůrčí síla a přímo genialita, s jakou dovedli pro nové životní zjevy udávat právní směrnici, jejich přímo juristicky cítící mysl a bijící srdce nemá sobě rovných. Jich veliké umění, jež dovedlo i z cizího kovu ukouti ryze domácí dílo — na př. celé námořní právo římské⁷⁴⁾ — jež mnoho bylo již napodobeno, nebvlo dosud nikdy předstiženo. Římské právo zůstává nejušlechtilejším výkvětem antické jurisprudence,⁷⁵⁾ nejdokonalejším vzorem pro všechny časy a jeho tvůrci nejlepšími učiteli právní doktriny všech generací.

Z p r á v y

Před 1400 lety ... *Tanta circa nos divinae humanitatis est providentia, ut semper aeternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. Post bella enim ... aeterna pace sopita ... et leges antiquas iam senio praegravatas per nostram vigilantiam prae-buit in novam pulchritudinem et moderatum pervenire compendium: quod nemo ante nostrum imperium umquam speravit, neque humano ingenio possibile esse penitus existimavit. Erat enim mirabile Romanam sanctionem ab urbe condita usque ad nostri imperii tempora, quae paene in mille et quadringentos annos concurrunt, intestinis praeliis vacillantem hocque et in imperiales constitutiones extendentem in unam reducere consonantiam, ut nihil neque contrarium, neque idem, neque simile in ea inveniatur et ne geminae leges pro rebus singulis positae usquam appareant. Namque hoc caelestis quidem providentiae peculiare fuit, humanae vero imbecillitati nullo modo possibile.*

Nos itaque more solito ad immortalitatis respeximus praesidium et summo numine invocato deum auctorem et totius operis praesulem fieri optavimus, et omne studium Triboniano, viro excelso, magistro officiorum, et ex quaestore sacri nostri palatii et ex consule credidimus eique omne ministerium huiusmodi ordinationis imposuimus, ut ipse una cum aliis illustri-

⁷⁴⁾ Srv. Klíma, *Lex Rhodia de iactu*, Všechné XIII., 5, 6.

⁷⁵⁾ Přiléhavé ocenění římského práva podává San Nicoló jak ve svých *Beiträge*, tak i v *Rechtsgeschichte*.

bus et prudentissimis viris nostrum desiderium adimpleret. Nostra quoque maiestas semper investigando et perscrutando et, quae ab his componebantur, quidquid dubium et incertum inveniebatur, hoc numine caelesti erecta emendabat et in competentem formam redigebat. Omnia igitur coniecta sunt domino et deo nostro Ihesu Christo possibilitatem tam nobis, quum nostris in hoc satellitibus praestante... in quinquaginta libros omne, quod utilissimum erat, collectum est et omnes ambiguitates decisae nullo seditioso relicto. Nomenque libris imposuimus digestorum seu pandectarum, quia omnes disputationes et decisiones in se habent legitimas et quod undique fuit collectum, hoc in sinus suos receperunt, in centum quinquaginta paene milia versuum totum opus consummantes....

Tanta autem nobis antiquitati habita est reverentia, ut nomina prudentium taciturnitati tradere nullo patiamur modo: sed unusquisque eorum, qui auctor legis fuit, nostris digestis inscriptus est: hoc tantummodo a nobis effecto, ut, si quid in legibus eorum vel supervacuum vel imperfectum vel minus idoneum visum est, vel adiectionem vel deminutionem necessariam accipiat et rectissimis tradatur regulis....

Patres conscripti et omnes orbis terrarum homines, gratias quidem amplissimas agite summae divinitati, quae vestris temporibus tam saluberrimum opus servavit: quo enim antiquitas digna divino non est visa iudicio, hoc vestris temporibus indultum est. Hasce itaque leges et adorate et observate omnibus antiquioribus quiescentibus nemoque vestrum audeat vel comparare eas prioribus vel, si quid dissonans in utroque est, requirere, quia omne, quod hic positum est, hoc unicum et solum observari censemus...

Leges autem nostras, quae in his codicibus, id est institutionum seu elementorum et digestorum vel pandectarum posuimus, suum optinere robur ex tertio nostro felicissimo sancimus consulatu, praesentis duodecimae indictionis, tertio calendas ianuarias) in omne aevum valituras et una cum nostris constitutionibus pollentes et suum vigorem in iudiciis ostendentes in omnibus causis, sive quae postea emergerint sive in iudiciis adhuc pendent, nec eas iudicialis vel amicalis forma compescuit...*

*Data septimo decimo calendas ianuarias**) Iustiniano domino nostro ter consule.*

(Digesta: Z Justiniánovy konstituce »Tanta«.)

UNIV. PROF. DR. AUGUST MÍŘIČKA, řádný profesor práva a řízení trestního Karlovy university v Praze, dožívá se dne 2. prosince t. r. sedmdesáti let. — Narodil se 2. prosince 1863 v Jičíně z úřednické rodiny. Po absolvování právnického studia věnoval se službě justiční; již v roce 1898

*) 30. prosince 533.

**) 16. prosince 533.